



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Sponsalibus Et Matrimoniis. Titvlvs Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)



SEXTI DECRETALIVM

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT VNICVM.

Sponsalia pura & certa, ex consensu valida, licet aliā nulla, inducunt publicam honestatem: quæ habet dirimere sequentia sponsalia, sed non præcedentia.

Bonifacius VIII.

Sponsalia a puris & certis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quouis ratione sint nulla, dummodo non sint nulla ex defectu consensus, et sit efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissolvendum; impedimentum publicæ honestatis est: Quare ille, qui sponsalia pure ac determinate cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idem fecit, ex priorum sponsaliorum vigore (quibus per publicæ honestatis iustitiam ex secundis sponsalibus subsecutione minime derogatur) ad matrimonium contrahendum non potest remanere obligatus.

Publicam honestatem non inducunt sponsalia conditionalia ante aduentum ad carnem. An ad aduentum ad carnem, si sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis executionem cum alia prioris consanguinea per verba contraxerit de præsentibus, cum secunda remanere debbit. Cum autem sponsalia conditionalibus ante conditionem, extantibus, fuerint consensus non habentibus, & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oritur.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

TITVLVS II.

CAP. VNIC.

Sponsalia amborum infantiū vel alterius tantum per superuenturam maioris ætatis non validantur, nec publicam honestatem inducunt: nisi fuerint ratificata tacite vel expresse. d. d. usq. ad 9. Item quædam.

Bonifacius VIII.

Infantes ad ad invicem, vel unus maior septennarius, & alter minor, sponsalia contraxerint, ipsi vel parentes pro eis, nisi per cohabitationem eo-

Vide Cons. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 3. conseri enim mulieris pro se nec et al. b. de impedimento iustitia publica honestatis. Et vide provent. vide B. Thom. in questionibus ad articulum ad tertiam partem q. 5. art. 4. Et de his, sicut dicitur in spec. disp. 41. c. 10. De his illam dicit mulierem, que nondum interuentum respicit. d. vide B. Thom. in questionibus ad articulum ad quartam partem q. 4. art. 1. Et de his, sicut dicitur in consuetudinibus quædam sunt.

rum mutuum, seu aliis verbo vel facto ipsorum liquido appareat, eorundem in eadem voluntate factos maiores tempore perdurare, sponsalia huiusmodi, que ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime conualescent: & ideo cum sint nulla, ratione defectus consensus, publicæ honestatis iustitiam non inducunt.

Sponsalia per verba de præsentibus contracta inter impuberem & puberem, vel inter impuberem non proximum pubertati, vel inter sponsalia de futuro: nec in matrimonium transeunt ex sola presentantia ætatis: nisi alter approbentur: inducunt tamen publicam honestatem. h. d. Dom.

Idem quoque si pubes, & impubes, vel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non supplebat, per verba contraxerint de præsentibus: sponsalia enim illa, que juris interpretatione tantum fuerint sponsalia de futuro (licet verba consensum experimentia de præsentibus habent, & matrimonium contrahere intendere contrahentes) per aduentum pubertatis in matrimonium non transeunt de præsentibus: nec matrimonium (quod ut matrimonium ætate non tenuit prohibent) per lapsum dicti temporis conualescit: nisi per carnis copulam subsecutam, vel aliquem modum alium contrahentes eosdem cum eisdem perseverant voluntatis ad pubertatis tempora pervenisse confiterentur evidenter, per dictum tamen contractum, qui valuit ut potuit, non ficti agebatur, publicæ honestatis iustitia est inducitur.

Sponsalia pro absentibus filiis non tenent: nisi ipsi presentibus, vel nisi approbaverint tacite vel expresse ex post facto. hoc dicit Dominus.

Porro ex sponsalibus, que parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii, si expresse consenserint vel tacite, ut si præsentibus fuerint, nec contradixerint, obligantur: ex eis oritur iustitia publicæ honestatis. Et est idem, si filii tempore sponsaliorum abierint, & etiam ignorantibus eadem sponsalia post scientes ratificaverint tacite, vel expresse: alias ex sponsalibus contractis a parentibus pro filiis, nec ipsi filii obligantur, nec publicæ honestatis iustitia inde surgit.

Vide Bartol. l. quo enim si, rem ra. ha. Cons.